



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Lib. IV. Expectatio Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



PEREGRINI TERRÆ

seu

Præparationis ad bonam mortem.

PARS SECUNDA.

LIBER QUARTUS.

Exspectatio Domini.



Hoc est tertium documentum nobis à Christo Magistro nostro traditum, dispositione seu præparatione ad bonam mortem: *Exspectatio Domini*, videlicet, exspectemus Christum, & memoremur aduentum eius, qui veniet, primo, in Morte. Secundo, in Judicio. Tertio, in sua Misericordia. Quarto, in sua Misericordia. Veniet in Morte ad alium Mundum nos vocaturus: veniet in Judicio nos indicaturus, & iuxta cuiuslibet merita aut demerita laturus sententiam: veniet in Justitia poenam æternam inflicurus: veniet in Misericordia vitæ beatæ præmii largiturus. Hæc quatuor memoranda, quæ

continuo nostrae memoriae observari, ac cordi nostro
semper imprimi debent, vim habent & efficaciam prae-
servandam animam ab omni peccato liberam, iuxta Divi-
num Oraculum: *Memorare nouissima tua, & in aeter-*
num non peccabis: & nunquam mortaliter, & raro ve-
nialiter. Nihil namque horribilius morte, nihil ter-
ribilius iudicio, nihil intolerabilius Inferno, nihil iu-
cundius Gloria Paradisi. *Quid horribilius Morte? quid*
terribilius iudicio? quid intolerabilius Gehennâ? quid
iucundius Gloria? Hoc tertium documentum, quod
Christus Dominus nobis tradidit, ut ad bonam mortem
nos disponamus, medium efficacissimum est ad obser-
uandum primum & secundum: etenim Nouissimorum
memoriae faciliè obriuentur *Abstinencia mali & Opera-*
tio boni. de quibus supra iam dictum est. Nunc de
primo Nouissimo sermonem instituemus.

Eccles. c. 7.
Carthus.
hic.

Idem.

De memoria Mortis.

CAPUT I.

Optima ad bonam mortem dispositio est ipsiusmet
Mortis memoria: quia, ut bene notat Climacus:
Affectum eximit à creaturis. Et quemadmodum San-
guis nunquam sanguinem fugere cessat, donec tibi *gradu 6.*
os aspergatur; ad eundem modum desiderium habendi
& aviditas rerum terrenarum nunquam expletur & so-
ciatur, donec *Mortis memoria refranctur.* Verum, ut
hac memoria sit, sicut oportet, nimirum, salutatis ani-
mae, & vitae aeternae memoria, nonnullas habere debet
conditiones.

Prima est, è caelo descendat, oportet, sitque do-
num Dei & actus supernaturalis. Enimvero ex nobis
naturalibus viribus liberi arbitrii, ac semoto
supernaturali Dei auxilio de Morte futura cogitare, no-
bisque moriendum esse considerare possumus: quia est
cognitio naturalis obiecti naturalis; aut quod haec co-
gnitio vergat in profectum spiritualem animae, com-
moueat ad amorem virtutis, ad odium peccati, ad con-
temptum

H 3

temptum Mundi, ad desiderium vitæ æternæ, hi sunt
 scilicet naturâ superiores, & sunt ipsius Gratiæ fructus
 quare à Deo procedant, necesse est, & à speciali eius
 auxilio quo naturalis mortis meditatio ordinatur ac
 mouetur ad aliquem finem supernaturalem spectantem
 ad salutem & perfectionem animæ. Quamobrem
 memoria exercenda est in oratione nostra, debet
 materia nostræ meditationis, in qua Deus loquitur
 di, & lumen particulare communicat eum in finem
 huiusmodi memoria fructus conuenientes & ad
 vitales percipiamus. Præterea petendum est à Deo

Psal. 38. cum David dicendum: *Notum fac mihi, Domine, iniquitatem meam: Concede mihi, Domine, donum ceteram mortis meæ: & hæc memoria non à me, sed à terra, sed è cælo: non à Natura, sed à Gratia procedit.*

Hæc igitur vera mortis memoria est, quæ nascitur
 enutritur in oratione. Unde reperitur plerumque
 mentem suam hac mortis consideratione occupantem
 sine fructu: quia eam exercent in oratione, verum
 memoria vim suam & efficaciam deriuat. Memoria
 mortis & Oratio sicut veluti cinis & ignis: cinis
 tur ex igne, & conseruat eundem ignem; ita facta
 Mortis memoria oritur & nascitur ex oratione, &
 eadem conseruat orationem. Idque de prima condi-
 tione sufficiat.

Secunda sanctæ mortis memoriæ conditio est
 quantum possibile est, continua. Ideoque Spiritus
 sanctus hæc adiunxit verba: *In omnibus operibus
 memoraberis nouissima tua: comedendo, loquendo,
 sedendo, ambulando considera mortem tuam: ne
 erceatur actio, quæ te retardet, auocetque ab hæc
 ita memoria: nullum præterfluat tempus, quod
 periat salubri hac meditatione vacuum; sed semper
 omni loco, quocumque tempore: in omnibus
 cogitas, quæ loqueris, quæ operaris, Mortem
 ponderabis, ac tibi moriendum esse, recordaberis
 propter æquã ratione sanctus Climacus memorem
 mortis appellat Panem quotidianum: quia sicut
 memoria Dei & mortis, q. d. quemadmodum*

S. Climac. omnia alimenta panis est necessarius, ita super
 memoria Dei & mortis, q. d. quemadmodum

cibi variantur & mutantur; at non ita panis, qui cum quoocunque alio cibo semper vortur & sumitur: ita cetera omnia exercitia spiritualia mutari possunt; at memoria mortis cunctis aliis exercitiis interfit, omniaque veluti forma adimet, ac vitam in huius, oportet. Sed & cum aia memoria Dei coniuncta esse debet (*Memoria Dei & Mortis*) quia coniungenda est cum oratione, uti supra dictum est.

Tertia conditio est, ut mors consideretur veluti vicina, non ut distans & remota: quia malum distans, ut docet Philosophus, non timeatur; unde licet homines cognoscant, mortem tandem aliquando futuram, quia tamen non prope est, nihil curant. Quam ob causam Spiritus sanctus praeuidens hanc magnam hominum imprudentiam, consolatur & exhortatur: *Memento, quonia Mortis non tardat*: festinanter aderit, & fores pulsabit dicens: est tempus migrandi ex hoc mundo; non tardat mors, quia omni accurrit velocitate iuxta cursum temporis: non tardat, quia domus nostri corporis semper minatur ruinam: non tardat, quia Christus, ipsamet infallibilis veritas id prae dixit & reuelavit: *Ecce venio velociter; ecce* Apoc. 22. *venio cito* primo in morte ad Iudicium particulare cuiuslibet, deinde ad Vniuersale: non tardat denique, quia iam sententia lata est, & solum expectatur executio: *Te* Eccles. 14. *stamentum huius Mundi morte morietur*. Deustotum Mundum subiecit capitali sententiae: decretum & dispositio Dei haec est, omnes & singuli homines in peccatum peccati infallibiliter & irrevocabiliter debent mori. Stigitur Mors non taret venire, cur tu tardabis eandem praestolari, & te tardabis ad eam te disponere, procrastinando semper & differendo conversionem tuam. Si mors festinet te inuadere, festina tu pariter templum defendere, detestando peccatum, & amplectendo gratiam & amicitiam Dei.

Quarta conditio est, ut cum hac sancta memoria non apprehendatur duntaxat Mors ut vicina, sed etiam ut praesens: *Mortem veluti praesentem semper tibi ob oculos* S. Climac. *pone, ac si propriis oculis corporalibus videres te in capulo g. seu sandapila positum & mortuum, vel morientem in lecto* S. Greg. *Confidera statum ac dispositionem, quam tunc habebit Naz.*

COYSII
DEREI
O V

corpus tuum: quâ ratione totum erit frigidum, & stratum
 habens concauos, scabram pellem, & vultum te, v
 pallidum: quomodo vndeque geniet terrore cog
 horrorem simulac factorem: quomodo deserat
 teurque ab intimis etiam amicis, imò & ab ipsis pau
 sanguineis. O si hæc consideratio ritè penetraret & a
 dis tui penetrata! O si viuâ mente considerares mor
 id duraxat, quod es, sed multò magis, quod em
 id quoque, in quod corpus tuum, quod ad eò am
 palpas, redigetur! quàm facile abstineres a molli fug
 bus, à quibus vt abstinereas, non leuem modò secula
 sicutatem. Peregrinatur S. Ambrosius: non fuit timo
 vt consideres te quasi iam mortuum; sed sub terra
 collocatum & quasi sepultum te considera. Sicur, p. 29. *Ecce*
tus, nullam habens curam de seculo, qui nihil scit, n
 videt, nihil sentit; quid agatur in hoc Mundo; huius cum
 ab similem te esse oportet. Et huiusmodi memortion
 mortis efficacissima est, quâ futurum statum tuum prod
 bi ipsi ob oculos ponis, meditarisque te in lecto mortu
 bundum, loculo aut sandapila impositum, ac sepulchrum
 re mandatum.

Lib. 4. epist.
29.

Quinta & vltima conditio est, vt sit memoria les confi
 quia tempus Mortis est tempus sponsaliti & nuptiarum
 rum, vt mox dicetur. Et hæc de conditionibus, quibus
 postulat sancta Mortis memoria.

Differamus nunc breuiter de materia huius mem
 riz, & quid in ea considerandum sit. Totum redi non
 tur ad quinque capita: primum est de certitudine mor
 ris: secundum de incertitudine horæ mortis: tertium vesp
 de eo, quod præcedit mortem: quartum de eo quod me
 comitatur mortem: quintum & vltimum de eo, quod de
 succedit in morte & post mortem.

Quantum ad primum, triplex certitudo in mor
 ponderanda est: nimirum, quod nobis sit moriendum quod
 subitò, & cum dolore mali & gaudio boni in vita op. N
 rati. Prima certitudo fûdata est in lege mortis vniuersæ se
 à qua nullus vnquam exceptus fuit, neque etiam Christus
 stus Dominus noster & sanctissima eius Mater. Secun
 da in breuitate temporis, quod mensurat vitam mortu
 strinquam

Terria in lumine, quod suppedatur in Mor-
um te, ut absque errore verum bonum, verumque malum
errori cognoscamus.

Quantum ad secundum, triplex alia incertitudo
paniter meditanda est, nimirum: de tempore, de loco,
& de modo. Etenim nescitur, quo tempore
moriendum sit, neque quo in loco, multò minus
quo modo, an morte naturali, aut violenta.

Quò ad tertium, præcedit mortem diuortium &
fugatorialis omnium rerum visibilitum.

Quò ad quartum, adest mali presentis dolor, &
timor futuri.

Quantum ad quintum & vltimum, te expectat
Æternitas aut gaudii, aut pœnæ & tormenti.

Hæ sanctæ considerationes coniungendæ sunt
cum memoria mortis, & præfata puocta tam diu medita-
tioni subiicienda sunt, quousque del. deratum in anima
producant affectum, puta, contemptum totalem omni-
um bonorum transitoriorum Mundi huius, & deside-
rium æternorum & celestium.

Et hoc sufficiat de eo, quod in memoria mortis
considerandum est. Subiungemus modo vnam alte-
& nuptiæ industriam, quam etiam ipsimet sancti adhi-
buerunt, vt temper præsentem ac viuam hanc sanctam me-
moriã retineamus.

Primò considerabis, vitam tuam vltra hodiernum
non se extendere diem. Secundò, omnem actum,
quemcumq; exercebis, cogitabis esse vltimum. Tertiò,
vesperi decumbendo, te vt mortuum in lecto compo-
nes, tibi que imaginaberis, si tunc ex hac vita migrare
deberes, quid te eo die fecisse optares, ac defectus oc-
currentes die sequenti emendabis. Quartò, in rebus
dubis adhibebis mortem in consiliu, id agendo,
quod eo tempore te fecisse velles.

Nonnulli etiam ex Patribus hac vtiebantur industriã,
vt se inuicem, præsertim familiariores, salutarerit hoc
Crispino monito: *Moriendum, & nescimus quando.* Alii
cubiculis referuabant aliquam mortis imaginem:
vt continuo, vt continua esset huiusmodi memoria, & nun-
quam elaberetur, mortuorum ossa secum deferebant.

H s Deui-

ROYSLI
DEREII
OV

*S. Damian
in vii. SS.
Barl. Glo-
saph.
Palladius.*

Denique vt omnino secutos ac certiores sese facere memoria adeo salutari nunquam dimittenda, morum inhabitabant sepulchra.

Verum omnium optima memoria est, quam nulli alii exercent & obseruant, vt, videlicet, in quod redigatur tempore vitæ, quod in Morte succedet. Et incipiendo à die Lunæ, hoc die conditur testamentum, valedicendo omnibus creaturis, earumque omnino se spoliando & dicendo: Item relinquitur sum diuitiarum. Item relinquo affectum conuersionum. Et hoc appellatur *testamentum viuorum*, cessariū in vita condendum, sine quo aliud, quod est *testamentum mortuorum* ad salutem minime sufficiens. Hoc die varios exercebis actus mortificationis.

Die Martis institues confessionem quasi totius vitæ vltimam: exercendo te eodem die in variis diebus que contritionis actibus.

Die Mercurii sacrâ te reficies synaxilati viatico.

Die Jouis extremam suscipies Vocationem in sanguine Christi: simulque tibi imaginaberis Diuino liquori te esse immersum, & in virtute illius a macula mundari ac purificari ab omni peccatorum macula, & graui, & leui.

Die Veneris prosequeris mortem, mortem cum Christo & propter Christum, omnibus & singulis peccatis.

Die Sabbathi sepulchrum intrabis, non solum moriendo peccato; sed etiam separanda te à cunctis peccationibus.

Die Dominicâ resurges gloriosus cum Christo. Unde hoc die omnes tuæ cogitationes, desideria & affectus erunt in Gloria celesti, vbi summo cum gaudio morabitur anima æternum beata: eique dicitur

Apo.

Vicisti in sanguine Agni, & regnabis in æternum.

Hoc sanctum exercitium primâ fronte in præcepto dè difficile viderur; ac cordi verè Christiano & caritati si amote repleto facile redditur: amor enim dicitur docet, vt cogitatione semper adhæreamus personis que amatur, & facile de iis, que ad huiusmodi

ducunt finem cogitemus. Quod si tamen huius exercitii continuatio nimis ardua & difficilis alicui videretur, posset is aliquoties saltem in anno id executione mandare, eoque sese disponere ad festa solemniora Christi Domini nostri, & sanctissimæ Virginis Mariæ, & præsertim id vsui esse posset in septimana sancta instar dispositionis ad festa paschalia. Hæc de memoria mortis dicta sufficerent; at quia materia hæc admodum vilis est, sanctorum Patrum sententiis & exemplis pariter amplius declarabitur.

Authoritates Sanctorum.

CAPUT II.

Omnes sancti Patres in hanc conspirant opinionem, ad ambulandum securè & proficiendum in via salutis necessariam esse continuam mortis memoriam. Unde dicunt, quod hæc memoria debeat nobis esse vsui, sicut lapis probationis, quo cognoscimus ac discernimus verum bonum ab apparenti: sicut stella polaris, quæ nauem animæ nostræ dirigit, deducitque ad portum Gloriæ: sicut fidelis consiliarius, qui in cunctis dubiis occurrentibus consulit nobis, quid agendum aut omittendum, quid amandum aut fugiendum sit. Denique afferunt, hanc mortis memoriam esse frænum sensus, lumen mentis, rationis regulam, donum cœlestis, semitam vitæ, contemptum Mundi, desiderium æternorum ac cœlestium bonorum. Verum ad sententias Sanctorum Patrum in particulari descendamus.

Sanctus Basilius, loquendo de memoria mortis, ait eam esse necessariam *ut lenamen vitæ*, nimirum miseris præsentis vitæ.

S. Augustinus determinat eam esse remedium contra omnia mala, nec quicquam vtilius esse ipsâ meditatione.

COYSLI
DEREI
20. II
OV

- S. Aug. in Psal.* ratione transitus nostri ex hac vita: Nihil est nobis subitum, quam cogitare, quando erimus de hoc mundo transituri. Deinde cum verè beatum pronuncietur, semper mortem contempletur, & ad mortem per dispositus est: *Illus est beatus, qui semper Mortem bet ante oculos.* Et festinat in hora mortis paratus inveniri. Et ille felix esse comprobatur, qui cogitat de supplicio ante supplicium, ut postea supplicii effugiat periculum.
- S. Gregorius Nazianzenus* dicit: Nihil Mortis meditatione vestius.
- S. Hieron.* *S. Hieronymus:* Facile contemnit omnia, qui se moriturum per cogitat se esse moriturum: memento mortis tuae, peccabis. Ideo semper expectare debemus Patrem famulum venientem, & diem formidare iudicii. Et o, tunc ret alidem *S. Doctor* suggerit remedium, ut omnia nunc retinere que agamus, dicens: *Quidquid facies, respice mortem.*
- S. Greg. lib. 13. moral. c. 10. tom. 2.* *S. Gregorius Magnus:* Qui moriturum se non reputat, penè mortem se considerat, & Mundo, & sibi ipsi, cum vertitur ta nostra nil aliud sit, quam prolixitas mortis. Quia bene notat *S. Augustinus*, non moriemur, sed moriamur, quia semper desumitur aliquid de vita.
- S. Bernardus* affirmat, meditatione Mortis prope sari spiritum tepidum & pusillanimum, quare conlari *Cum tadio afficeris, super lapidem, super quem iacent cadavera, te meditando compone.* Idem plane de mentum de memoria Mortis suggestit præfatus *S. Doctor* scribendo Eugenio summo Pontifici: Ingi meditatione inter huius presentis glorie blandimenta memoria novissima tua: quia quibus successisti in Sedem, tunc in dubio sequeris ad mortem.
- S. Amb. in Hexam.* *S. Ambrosius* docet, memoriam mortis tollere festinationem & affectum à creaturis: quia nudi omnes nascimur, & morimur.
- S. Chryst. in c. 10. Matth.* *S. Chrysostomus* ait cogitandum esse de morte vanitatem cessariam; at virtute mediante ea eadem faciendam esse voluntariam. Fiat voluntarium, quod futurum est utique voluntarium: offeramus Deo pro munere, quod tenemur reddere pro debito.
- S. Anselmus* affirmat, continuam mortis memoriam causare, nè mors ex improviso veniat: Non contemnat,

subito moriuntur, qui semper cogitant se morituros. Hoc idem, quod ex SS. Patribus docuimus & adduximus, Gentiles cuiusdam autoritate confirmari posset.

Sene. ep. 12.

Seneca ait: Sic formandus animus, tanquam ad extremam ventum sit. Et omnis dies, velut ultimus, ordinandus. Rationem subiungit: Quia venientem nemolentem recipit, nisi qui ad illam diu se componit. Idem alibi suggerit pro consilio: Meditare mortem: qui hoc facit, meitari libertatem iubet, qui mori dicitur, ferre dicitur.

Idem ep. 16.

Celebris quoque illius Sapientis sententia est, qui postulat in morte, ut suis valedictionis loco relinquere aliquod monitum, chartae inscripsit duas litteras, duo, O, quibus significare voluit duos circulos à quibus debet conficiendos: Terra ad terram, spiritus ad spiritum, nempe, corpus ad terram & animam ad Deum reverti debere: & utriusque memoriam semper retinendam.

Capiti huic finem imponam eo consilio à Christo dato S. Theresiæ, & per ipsam Sororibus suis: Ut singulis diebus, tam festiuis, quam ferialibus, vestire super sepulchrum communem de propria Morte cogitaret. Eandem veritatem demonstramus exemplis.

S. Theresiæ

Exempla.

Caput III.

Primum de S. Sylvestro Congregationis Sylvestrini Fundatore referunt, quod, cum adhuc esset iuuenis, viso homine mortuo compunctus omnino tali in vanitatem mundanam exardere cœperit odio, ut in hæc proruperit verba: En ego sum, quod hic fuit, & breui ero, si unquam hic est. Hocque ductus mortuo deserit Mundum, & Religionem ingressus sanctissimam dixit vitam.

S. Antonin in Histor.

Secundum. Refert Climacus cuiusdam Religiosi celebrem casum, qui rescitatus omnes à cubiculo ditior, & per duodecim annos continuos nil aliud fecerat,

Climac. grad. 6.

UNIVERSITÄT
PADERBORN
BIBLIOTHEK

rat, quàm meditari res vilas. *In extasi stupens, & fundens lachrymas sine strepitu fundendo.* Et rursùm mortuus sub finem vitæ non nisi hæc protulit verba: *Idcirco gerere mihi, nemo memoriam mortis habens poteris aliquid de peccare.*

In vitis
R. P. Præd.

Tertium. Memorabile quoque est exemplum alterius cuiusdam Adolescentis, qui cùm in Ecclesia audiret legi ex sacra Scriptura caput illud: *Vixit Adam annos nongentos triginta. & mortuus est: Seth natus est ei: & mortuus est: Enos natus est: & mortuus est. &c. summo perè obstupuit, & simul compertus dixit: Hi tantùm vixerunt, & mortui sunt, nos quoque moriemur. Quo victus mori uo, mundo relicta, ac religionem, in qua sanctè vixit, pièque ingressus est.*

Cæsar. lib.
4.6.4.

Quartum. Eodem medio memoriæ mortis Augustus Domini pristinæ sanitati restituit quendam Regem sum nomine Liffardum, egressu Religionis valde incertum. Comparebat ei Angelus, eumque ad cœterum mortuorum deducebat, apertoque sepulchro dauer aliquod, terribissimum spirans odorem ac foetorem ei monstrabat, diceos: *Vides hominem hunc? carnis eris: quò vis ire? vadè ille horrendo hoc deterritus baculo, Diuinaque illuminatus Gratiâ, ab omni temptatione subito liber euasit.*

Serm. ult.
de temp.

Quintum. Scribit Discipulus in suis sermonibus, quò postquam persona aliqua nobili profapia oriunda tua ac sepulta fuisset in quadam Ecclesia, post paucos dies, occasione consecrandæ illius Ecclesiæ sepulchrum illud apertum fuerit. Accessit filius defunctæ personæ visum parentis cadauer, vidit totum marcidum aded deforme & vermibus vndique oppletum, ut non attonitus hæserit, & hæc in verba protulerit: *Quæ vana sunt huius Mundi diuitiæ & honores! Mortuus visu præsentis parentis sui cadaueris, cum memoria propriæ mortis futuræ, rediit illicò domum, ac ceteris detrens, cunctisque valedicens pauperem sibi Christo & propter Christum delegit vitam, fungens carbonarii officio, quo victum sibi compararet, hoc*

humilitatis munere talem ac tantam attingit perfectionem, ut Deus ipsa mortis eius hora miraculose campanarum totius urbis Romæ pulsu eandem manifestare voluerit.

Serm. 116.

Sexum. Refert idem Author de quodam Mercatore, qui, cum syluam pertransieret, reperit quendam Eremitam tugurio suo inclusum, quem interrogauit, quanam esset vita eius, & quid ibidem ageret; cui ille *Dixit mori*. Rursum interrogauit eum Mercator, quomodo mortis meditatione addisceret bene mori; Respondit ille: hac meditatione obseruatur præceptum Dei, quod est *Declinare à malo, & facere bonum*. Mercator corde contritus, ac hisce verbis à Deo illuminatus, ut rediit domum, deseruit mercaturam, & totum se dedit vitæ abstractæ & spirituali.

Psal. 36.

Septimum. Legitur de quodam adolescente valde dissoluto, qui fugiebat omnis generis pœnitentias, & eam quoque à Confessario sibi impostam, si quandoque confitebatur. Tandem Confessarius, quia nullum aliud sibi occurrebat remedium, resoluit se hanc ei iniungere pœnitentiam, ut vnica solâ vice meditaretur mortem cum hisce tamen circumstantiis: quadrante vnius horæ circiter lecto se committens supinus in eodem iacere deberet quasi mortuus, brachijs in formam crucis compositis, candelâ benedictâ capiti, pectori verò crucifixo quodam appposito. Obediuit pœnitens, pœnitentiam impostam feliciter persoluit, & ad operatum perduxit effectum; subito namque spiritu veræ contritionis & lachrymis vitam male transactam detestatus fuit, ac spiritualem deinceps sanctamque duxit vitam.

Specul.

Exempl.

Mors.

exempl. 28.

Octauum. De Carolo V. Imperatore legitur, quod pro conseruanda continuâ mortis memoriâ penes se habebat tumbam seu capulum, quo proprium cadaver condendum erat, & quocumque locorum ibat, eum secum deferere tantâ diligentia; ut omnes ingentem eo recondi thesaurum exiltimarint. Idque eo fine faciebat, ut perpetua Mortis cogitatio eximeret à corde vñum huius Mundi affectum.

Nonum

idem Lips.

Nonum. Eundem deuotionis actum exercebat Maximilianus primus Imperator. eius Auis, suum patrem secum deferens capulum, ut eius incuitu perpetuo conseruaret mortis memoriam: & audire se vidit capulum se moneantem ac dicentem: *Cogita mortem: te dilatas & extendis? quem tot Præuincia & Regna non capiunt, locus iste capiet.*

In viuis vi.

Decimum. De S. Chrylostomo legitur in vita quod Mortem & Gehennam depingi fecit in suo capulo, ut ex iis continuam hauriret meditando materiam.

Eadem mortis meditatio continua erat apud Franciscum Borgiam, & in particulari viginti quatuor vicibus de die cogitabat de morte, ut eorum inferatur numero, de quibus ait Apostolus: *Vos mortem*

Colof 3.

Et hæc de memoria mortis, ut potè, vtili & necessaria bona præparationi ad eandem mortem.

De desiderio Mortis.

CAPUT IV.

DUobus modis exerceri potest memoria mortis, via timoris, aut via desiderii: quia potest etiam recordari mortis, aut quia timet eam, vel quia eam desiderat. Hoc desiderium non est semper bonum & sanctum, nisi quando bonum ac sanctum habet fundamentum: quia si quis solum mori desideret, ut eximiam uitæ præsentis miseris; hoc desiderium, ut potè, est elatum à proprio amore, bonum non est; ac si desideret mortem, ut fugiat offensam Dei, vel ut magis Deo vniam, hic affectus, ut potè ab amore Dei excitatus, desiderium sanctum & meritorium est. De hoc igitur desiderio loquimur, quod est desiderium perfectum, & Sancti mirum in modum arserunt: & hoc est vultus desiderium mortis cum exercitio mortificationis, habendo continuam mortificationem in viu, & mortem in desiderio: quemadmodum de S. Paulo Apostolo dicitur

S. Chryf. de laud. Pauli.

Chrylostomus, dicens: *Semetipsum Deo per singulos*

res immolabat: idque duobus modis: primò, Mortificati-
 onem sine intermissione conferendo propter Amorem
 Christi. Secundò, Ad pericula & ad mortem se iugiter
 parando propter Christi Gloriam. Ut in nobis hu-
 iusmodi desiderium sanctum, quod est summæ perfe-
 ctionis, exciteretur, agemus de mortuis, quæ ad illud nos
 inducant, nobisque persuadent, vt non solum non de-
 beamus timere mortem, tanquam rem malam; verum
 etiam eandem, vt potè, rem bonam, omnisque boni
 principium desiderare. Ast primò ante omnia aduer-
 tendum, & tanquam certum supponendum est, quod, vt
 huiusmodi percipiatur desiderium, amouendum sit im-
 pedimentum & obstaculum, quod est peccatum: liqui-
 dem Moys ex se indifferens est, & est bona aut mala
 iuxta bonam aut malam vitam. Enim uero, vt docet S.
 Ambrosius, dantur tres species Mortis. Prima est
 mors peccati, quando anima est in statu peccati, & hæc
 est mala. Secunda est mors ipsi peccato, & est quando
 moritur peccato: & hæc est bona. Tertia est mors cor-
 poralis, quæ est separatio quædam animæ à corpore, &
 hæc est indifferens, bona bonis, & mala malis. Qua-
 propter anima, quæ est in statu peccati, & apprehendit
 mortem, non vt malam deoraxat; sed etiam vt pessimam
 (mors peccatorum pessima) haud potest eam amare & de-
 siderare. imò facere nequit, quin eam odio habeat ac ti-
 meat. E contrà verò, qui est in Gratia Dei constitu-
 tus, neque peccati alicuius sibi conscius est, & tempore
 vitæ suæ in beneplacito Diuino ambulare satagit, con-
 formando sese sanctissimæ eius voluntati: & ex alio ca-
 pite cognoscit (quantum attestatur sacra scriptura, &
 prout tradunt & docent SS. Patres, ac rationes etiam, vti
 mox videbimus, demonstrant) quod desiderium ex
 motiui supernaturali & Diuino proueniens, sit valdè
 acceptum & gratum Deo, ac usque virtutis admodum
 heroicæ & summi meriti: considerando mortem non
 potest non amare eam, & amando mortem non potest
 non desiderare eam, & singulis diebus, imò singulis ho-
 ris & momentis non potest non in seipso excitare tam
 sanctum desiderium: seipsum offerendo Deo veluti ho-
 stiam viuentem in holocaustum & sacrificium mortifi-
 Thom. posterior

S. Ambrosius,
 de Bono
 mortis. c. 1.

Psal. 35

MOYSI
 DESIDERI
 MORTIS
 O V

cationis & mortis: exercendo vnam & desideranda
ram: consummando usu mortificationem, voluntaria
zyrium per quamcunque mortem, siue sit violenta
naturalis. Verum descendamus ad motiua productis
rio mortis.

S. Cypr. de
Mortal.
S. Ambr.
de Bono
Mortis.

Hæc motiua, quemadmodum docent SS. beati
Cyprianus & Ambrosius, ad duo principaliora
cuntur, & sunt: Priuatio mali & Possessio
quia interuentu Mortis anima eripitur liberatur
in finis malis, infinito rumque bonorum attingit
tinet possessionem.

Et vt exordiamur à primo motiuo, hoc sub
tinet septem capita.

Primum. Desideranda est mors, quia liberatio
lis pœnæ. Tot sunt pœnæ ac miseræ præsentis vitæ corp
intrinsicæ, vt sunt infirmitates, sollicitudines, m
tiones: tum extrinsicæ, quales sunt peruersi
nequitia hominum, temporis mutationes & viciss
nes, adeo, vt vita præsens potius sit dicenda mors
vita, & Mors comparatione talis vitæ remedi
refrigerium potius, quam mors æstimanda sit.
dictum D. Ambrosii: *Tantis malis hæc vitæ remedi
vt comparatione eius Mors remedium putetur*
Quamobrem vita præsens, non mors ducatur
etiam Mors oblonga & prolixa nuncupatur à D. Gr
rio, cum ait: *Vita est prolixitas mortis*. Et sanctus
gustinus adiungit, quod, quamdiu sumus in præ
vita, non sumus in vita, sed in morte, quia iam
cui vita detrahatur, & semper viuendo pars vitæ
ritur, vt supra ostensum fuit. Unde infert Philoso
moralis: *Vltima hora, quæ esse desinimus, non sola
rem facit, sed sola consummat*: & bene inquit
mam horam vitæ nostræ non esse solam, quæ
mortem inferat, quia omnes & singula horæ
plæ cū tempore toto præcedenti concurrerunt ad
dem finem; vnde cū ea sola morti imponatur
potius finis mortis, quam vitæ, dici potest: quem
modum vltima guttula, quæ cauat lapidem, noc
cauat, sed sola finem cauationi imponit.

Secundum caput, ratione cuius mors desiderari de-
 violenter, est, quia nos liberat à peccatis, & à peccandi peri-
 a proculis; quia, quamdiu hanc mortalem vitam agimus;
 semper peccatis venialibus & periculis mortalium sub-
 nt SS. hec sumus. Unde mors à Divo Ambrosio dicitur se-
 aliora cultura vitiorum, quia cum Morte cessat omne pecca-
 tum, daturque finis offensæ Dei. Hoc motuum effi-
 eratur efficacissimum est pro desiderio mortis: quia qui desiderat
 tingit finem, debet quoque desiderare media: quilibet verò
 homo Christianus desiderare debet fugam omnis offen-
 sæ Dei, etiam minimæ; ergo debet desiderare mortem,
 quæ ad istum finem medium valdè efficax est. desdera-
 liberat à vnam mortem, ut effugiat aliam: desiderate mortem
 tis vite corporis, ut euectur mors animæ, quæ sola mortis no-
 nes, etiam metetur, & vere talis est. Ad quod alludendo dixit
 Gregorius Nazianzenus: *Vna Mors peccatorum, quia
 e vicissitudine animæ. Mors verò corporis nomine potius, quàm
 mors: formidabilis, ac propterea minimè timenda est.*
 Tertium, Aliud malum, à quo mors nos eripit &
 liberat, est inordinatio passionum, quibuscum, ut lo-
 quitur D. Augustinus, est assidua & molesta nobis lucta. *S. Aug. 88.
 810: quia cum vnus inimicus prostermitur & superatur, ira duos
 relinquit alter, & impugnat: Si auaritia prostrata est, Epis. Pelag.
 à D. Greg. exurgit libido; si libido compressa, succedit ambitio: si
 ambitio contempta est, exasperat ira, inflat superbia.*
 adeoque semper dimicandum & decertandum est, &
 victoria obtenta difficilis, periculum succumbendi &
 perdendi magnum, ac damnum, quod timetur, in-
 estimabile est. Irregularatum ac inordinatum harum
 passionum finis est, ut animam prosternant, à proprio eius
 statu semoucant, ad terram inclinent, & bestiis planè
 similem efficiant. Quis igitur lubenter morabitur in
 presenti vitâ vndequaue à tam molestis & iniuriis
 passionum hostibus impugnata?
 Quartum, Mors insuper liberat nos à potestate
 Dæmonis. In pœnam peccati Adæ permittit
 Deus, ut Dæmon nos tentet, & in nos habeat
 potestatem, non iam coactiuam, sed solum persuasi-
 uam. Mortis interuentu tollitur à Dæmone hoc
 dominium, eiusque manibus surripiuntur arma,
 que

MOYSI
 DESIREI
 MOYSI
 DESIREI

quæ sunt nostra caro, inordinatæque passionessunt
 nes vnâ cum Morte deficiunt & intereunt. Com
 turus seruitutem ad eum miseram delectabitur ne
 Diaboli laqueos diu stare? Sed magis concupiscenti
 optandum ad Christum subuenientem velocius ad
 parare.

Quintum. Aliud adhuc beneficium Mors
 nobis, dum nos pondere & grauedine corporis
 Quis explicare poterit, quam ærumosa ac mo
 hæc societas carnis & animæ? Spiritus leuat, car
 uat: spiritus trahit, caro retrahit: & inter hor
 contrarios anima sustinet pœnas & afflictionu

S. Greg. lib.
 19. moral.
 c. 5.

Mortis. Quis effreni insidens equo non aubel
 scendere in terram, ac tantum effugere perit
 Equus effrenis, qui flocci pendit frenum rationu
 corpus nostrum: à quo mediante morte liber
 Quamobrem sanctus Idiotâ titulum valde appo
 attribuit morti, cum eam describit hunc in modu

Idiota l. 5.
 de Mor.

de equo furioso descensio, qui nos ferebat in præcip
 Sextum. Mors præterea desideranda est, qu
 ex fraudibus & fallaciis Mundi educit: ex Mundi
 quam ex Schola errorum, scenâ fraudiam, the
 quitatis: vbi regnat simulatio, falsitas, impiet
 adorantur tria ista Idola: Idolum auri: Idolum
 pratis, Idolum honoris. Quapropter beatus
 Morte interueniente deserit Mundum! Quia Mu

S. Aug.
 S. Chrysof.
 20. 2. Hom.
 30.
 Ioan. ep. 1.
 c. 2.

est domus peccatorum, ait D. Augustinus. Quia Mu
 est domus Diaboli, affirmat D. Chrysofomus, se
 Mundo Diaboli, eris in Mundo Dei. Nam Mundu
 & concupiscentia eius, asserit S. Apostolus Joann
 terit, volat, euascescit: est somnus, ventus, vimb
 Aug

Septimum. Vltimum malum, à quo nos lib
 Mors, & omnium maximum est timor æternæ di
 tionis. Per bonam mortem, asserit sanctus Idiotâ
 mutat homo timorem in securitatem. Fœlix com

Idiota l. c.

tio, singulare beneficium est, quod nobis conferat
 per Mortem. Tollit à corde nostro illud dubiu
 lum timorem, illam sollicitudinem, illam anxiet
 Quis scit? Quid erit de me? Quid ibo? qualis erit
 mea? vtri numero, prædestinatorum nê, an reprob
 & c.

...moritur? Hæc consideratio & recogitatio est, quæ tor-
 quet & cruciat omnem animam, etiam iustam & san-
 ctam; nescire finem obtinendum: locum, quo tenten-
 dum: aternitatem attingendam: an sit futura misera, vel
 beata: an malis omnibus repleta, vel bonis omnibus re-
 ferta. Ab hac grauissima cruce non nisi Mors ipsamet
 nos liberare & exonerare potest: quare non fugienda,
 sed desideranda est, promptaque, quodocunque vene-
 rit, amplexanda voluntate. Hæc de malis, à quibus be-
 neficio mortis exempti sumus, dicta sufficiunt. Jam de
 bonis, quæ ipsamet Mors nobis confert, disseremus.

Primus fructus, primumque omnium, quæ Mors
 nobis exhibet, beneficium est, quod nobis suppeditet oc-
 casionem exercendi actum virtutis dignissimum, maxi-
 me heroicum, & generosissimum, qui possit esse: qualis
 est executio voluntatis Dei in re valde difficili, arduâ,
 nobisque summè contrariâ, veluti est mori & priuare
 nos propriâ vitâ. Et quamuis Mors sit necessaria; acce-
 ptior tamen mortis, eiusque oblatio, quâ Deo offertur,
 voluntaria sit, oportet, vt, nimirum, iuxta doctrinam D.
 Augustini, moriamur non solum patienter, sed etiam li-
 berè: non necessitati vinculo, sed obsequio, seu
 desiderio voluntatu. Et si mihi daretur libera electio,
 mortem præferrem vitæ ob hoc solum motiuum; quia
 Deus ita vult, & talis est voluntas Dei, vt ego moriar,
 non coactè, sed voluntariè & liberè. Alioquin quomo-
 do volumus à Deo celestibus premiis honorari, si ad Deum
 venimus inuiti? Quare, quodocunque anima præui-
 det, tempus adesse mortis suæ, seque à Deo vocari, prom-
 ptissimè debet ei obuiam procedere, & dicere cum D.
 Augustino: *Nolo viuere, volo mori, cupio dissolui, esse*
cum Christo, quod idem est, ac si diceret: Ad hæc vsque
 tempora vixi, quia talis voluntas Dei; ast cum modo
 videam & experiar voluntatem Dei contrariam, Deum-
 que omninò velle, vt ego moriar; nolo amplius viuere,
 nè quidem vnicâ horâ, vel vnicò temporis memento
 diutius; sed volo mori nunc, subito, sine dilatione: ecce
 venio: paratū cor meū, Deus, paratū cor meū, promptus
 sum ad moriendū, & bis promptus & ad mortē naturalē,
 & ad mortē violentam, prout placuerit Deo meo: modò

13 semper

IOYSSII
 DEREI
 O.V



semper Deus glorificetur in me, *sive per mortem, sive per vitam.* De Morte Christi affirmat Isaias, eam non esse necessariam, sed voluntariam & liberam: *Oblatus quia ipse voluit.* Et idem de seipso attestatur in Joanne, quando dicit: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam pro populo.* q. d. in mea libera potestate est vivere & mori, nunc liberè morior propter generis humani salutem, quia libere à volo.

Huic Christi morti assimilanda & conformanda mors nostra: & quanquam aliunde sit necessitata, tamen ex parte nostrâ, *et in preparatione animi, et in actu debet esse voluntaria & libera.* Quamobrem non esset necessaria, & possem eam effugere: tamen minus, quia Deus vult, me mori, mortem & ego promptè & voluntariè. Hic est primus mortis actus, glorificare Deum in iis, quæ Deus veraciter & omni fide dignissimus dixit & asseruit. Si per quædam gravis & virtutibus prædita tibi aliquid precareret: *haberes utique pollicenti fidem.* Nunc Dominus loquitur, *et tu mente incredulâ perfidus facis.* Qui tibi pollicetur, tibi loquitur, est Deus, in animo fluctuante dubitare ac suspensus hætere audeas. *Deus de hoc Mundo recedenti tibi immortalitatem æternitatis pollicetur, et tu dubitas? non ei, uti oportet, adhibes fidem? Hoc est, Deum omninò non esse: hoc est, Christum credenti Dominum et Magistrum peccato mortali non offendere, ac si persona esset exiguæ fidei, & fide indignus.* Hoc est, in Ecclesia constitutum fidem domo fidei non habere. Hucusque S. Cyprianus. Subjunge. Videt colorem oculus, sonum percipit auris, palatum gustat saporem, & de hisce obiectis neminùm dubitatur, ut ceræ astimantur, & tamen obiecta sunt fallacia, quæ sensus fallere ac decipere possunt: illud, quod videt oculus fidei illuminatus ab auctoritate & infallibili veritate Dei, qui nec fallere, nec falli potest, non tanquam certum tenendum, sed in dubium vocandum est? Si certus ac securus ex alio de eo, quod

S. Cypri. ubi
sup.

propriis conspicias oculis, quod tangis & palpas propriis manibus; multò magis & sine comparatione certus & securus esse debes de eo, quod Deus dicit: quia sensus nos decipere possunt; at non Deus. Vos igitur non timere, sed desiderare mortem? cogita & crede indubitata fide promissis Christi; considera, quod dixit in fine vite suæ, quando sanctissima eius instabat Passio: *In domo Patris mei mansiones multe sunt. Vado parare* *Ioan. 14.*
vobis locum, & accipiam vos ad me ipsum, & conducam vos ad Gloriam, ut ubi sum ego, & vos sitis.

Confirmat eandem promissionem Christus Dominus hisce verbis: *Nunc quidem tristitiam habetis, nunc in presenti vita tempus est patiendi; at non diu durabit: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum gaudio æterno, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Pergit declarare æternæ Gloriæ magnitudinem & excellentiam, & quinam illi sint, qui eam obtinebunt exponit: *Non pro eis (puta Apostolis) rogo tantum; sed* *Ioan. 17.*
pro eis, qui credituri sunt per Verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint.

Et ut Saluator noster ardens illud, quo flagrabat, demonstraret desiderium Gloriæ nostræ, repetit eandem orationem: *Pater, inquit. quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant charitatem meam & gloriam non solum Humanitatis, sed etiam Divinitatis meæ. Hisce & similiibus promissis, quibus refertum est sacrum Evangelium desiderat Christos corroborare fidem nostram. Quapropter sub sermonis post cœnam initium nõ nisi hoc Discipulis suis reliquit documentum & monitum: *Credite in Deum, &* *Ioan. 14.*
*in me credite: quia credeado in Deum, creditis quoque in me, qui Deus idem sum. Hac viuâ fide obtinebimus verum lumen, quo cognoscamus verum bonum, & medium, per quod illud attingamus, quod est Mors ipsa. Unde meditatio mortis non ingeret nobis recorem & timorem; sed potius desiderium & lætitiã.**

IOYSLI
 DEREI
 P. A.
 O. V.

§ Chrysoſt.
Hom. 3.

Nihilominus, cum materia presentis capite
gnæ sit utilitatis & emolumentum: quia ex nimio pro-
vira amore; inordinatoque Mortis timore plura frequ-
scuntur mala; sicut à contrario contemptus vite
poralis & desiderium mortis plurimum bonorum
est in vita spirituali (unde merito dixit S. Chrysoſto-
Sicut miles, qui vitam in prælio spernere debet,
timens, nunquam generosè se geret; ita Christianus
miles est semper in confictu constitutus.) Supplicium
ritatis huius necessitate progrediamur ad modum
hoc mortis desiderium exercendum sit, qui conditio
tribus punctis.

Primum erit, persuadere nobis, in nostra esse
state, ut (Diuinâ opitulante Gratia) mortem boni
malâ vita nobis reddamus dulcem & amaram. Pre-
reâ à sancto Joanne in Apocalypsi visus fuit equus
Mors insidebat, *viridis & pallidus* (iuxta varias
nes) viridis, ratione lætitiæ & spei, quam inde con-
ent boni: pallidus, ratione tristi- & timoris, que temp-
conci-ent mali. Unde *Times mortem* & ecce temp-
um: *ama vitam*. Quia amor vite vitæ, quæ est De-
quicem reddat mortem.

Secundum est, observare consilium Christi:
non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus
discipulus, renuncians & mortificans in nobis om-
affectus carnis & Mundi, omnemque inordinatum
rix amorem; conservando animam quasi separatam
corpore, & vitam cum eo solo, veluti instrumentum
quod ei conducit ad finem gloriæ & servitutis Dei.
bona Mors mortem contemnas! Bona mors, vitam
ferens sempiternam! O bona mors, quæ & tubi-
Mundo moreris! huius enim beneficio speras mor-
tem corporis, & vitam sempiternam obtinebis.

Rationem reddit idem Sanctus: quia qui mor-
est, redditur insensibilis, unde timere non potest
mortem. Quemadmodum videmus in SS. Martyribus
qui cum primò mortui essent Mundo, peccato, &
ipsis, flocci pendebant mortem, & quasi insensibiles
se efficiebant ad perferenda tormenta.

Tertium est, *Vivere in dies & horas*, ac si omni-
tâ m-

capituli
 o pro
 lum
 s vita
 orum
 solto
 et, me
 fiam
 appo
 dum
 conu
 a esse
 a bon
 . P
 quus
 a la
 e con
 is, q
 ce rem
 e est
 tibi
 t me
 bis om
 arum
 parat
 mento
 s De
 itam
 tibi
 s me
 motu
 est
 tyri
 o, &
 libe
 omni
 ra

mori deberemus, offerentes nos Christo per mortem,
 siue naturalem, siue violentam in sacrificium holocausti:
 frequenter recitantes has aut similes preces iaculatorias:
 Ecce me, Domine, quid me vis facere? Ecce me promptum
 modò ad mortem, & hoc quidem temporis momento, si
 tra tua placet Diuinæ Maiestati. Volo spoliari, nolo su-
 peruolari, cæ deponens fœlicitate hoc corpus, quâ me
 exuerem quodam vestimento. Pro Christo sanctifico
 (id est sacrificio) me ipsum. Christo me offero in sacrifici-
 um in morte, sicut Christus obtulit se ipsum pro me.
 Nolo viuere, volo mori, cupio dissolui, & esse cum Christo:
 nò desidero in hoc infœlici exilio prolongationem vite:
 desidero esse cum Christo: & persistendo in corpore
 Christi gaudebo spiritu Christi, qui est Diuinitas Chri-
 sti. Metuus mortem contemnit, nec timet mortem: &
 ego sum mortuus Mundo & Dæmoni, & solam Christo
 meo uiuo: Non mea, Domine, sed tua voluntas fiat: si
 vis, O Domine, vt nunc ego moriar, hoc in loco, hoc
 tempore, in hac præparatione, cum hac dispositione,
 fiat voluntas tua: idem & ego volo, ac protestor, quod
 nec unico momento diutius viuere cupiam in hac vita, *Discip.*
 & intendo mori, veluti dicebat seruus tuus, fideliter, con- *exemp. s.*
 fidenter, amicaliter, & latenter: credendo, sperando,
 amando, & iubilando in Deo meo. Apprehendes igitur
 mortem, quasi rem pretiosam, in persona Christi
 consecratam: quasi rem Diuinam, annulo sanctissimæ
 voluntatis eius designatam: tanquàm maximum, quod
 Deo offerre poteris, donum. Unde dices cum Hiero-
 nymo: Abicite vestimenta luctus & tristitia, psalmum *Euseb. Episc.*
 dicite nomine Domini: quoniam hucusq; transiui per *ad Damas.*
 ignem & aquam: & ecce nunc inducit me in refrigerium. *de mort. s.*
 Terrestris domus dissoluta est, & alia succedit non manu fa- *Hieroz.*
 cta, sed æterna in cælo. Ex domo huius mortalis corpo-
 ris transiui facio ad aliud, habitaculum longè melius,
 non opera humana, sed virtute Spiritus sancti in cælo fa-
 ctum. Hucusq; peregrinatus sum, iam, vt peregrinus,
 redeo ad Patriam. Ecce brauium cupio, pro quo in agone cu-
 rri: ecce portam attingo, quæ tantò desideravi desiderio. Veni-
 gatur mors mea quali soror mea, sponsa mea, amica mea,
 dilecti a me: aperi mihi ianuam vite: exspolia me ista mor-

DESI
 DEREI
 M. T
 O. V

zali tunicâ, ut induam me vestimentis latitia: accipiam
filium famelicum, & redde me Patri meo: redde me
matri meæ Mariæ: redde me Patriæ meæ, meo patri-
nio, meæ hereditati, thesauro meo, Deo meo,
Amori, meo Jesu: redde me veræ vitæ meæ, quæ
mare & laudare Deum in æternum. Hæc de desidio
mortis. Jam nonnulla de huiusmodi desiderio
centur exempla sanctorum.

Exempla.

Cap. V.

Primum accipiendum est à Sancto Sanctorum
pate nostro Christo Domino. Qui sicut magis
desiderio *sitibatur* salutem nostram; ita quoque vehementer
cupiditate & voluntate currebat ad mortem, tanquam
ad medium Redemptionis nostræ. Unde, ut hinc
Luc. 12. raret desiderium, de seipso dicebat: *Baptismo
baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur
baptismum mortis meæ suscepturus magno affligo-
ciatu, videns Passionem meam differri & tardari.*

Secundum. Sanctissima Virgo, sicut in amore
longè superabat omnes Sanctos; ita omnes quoque
cedebar in desiderio videndi Deum mortis interitus.

Et tantum excrevit hic sanctus effectus in Matre Do-
Alb. Mag. iuxta testimonium Alberti Magni, fuerit causa
de B.V.g. suæ. *Quia potest tantum intendi inclinatio sursum
172. quod superetur ab inclinatione deorsum.* id est, tantum
anima actuari potest in desiderio Dei, ut deficiant
positiones vitæ & actuati corporis necessaria.

Tertium. Sancti Apostoli in eodem vivebant
desiderio. Sanctus Andreas mortem crucis nuquam
thesaurum suum & desiderium: *Salve crux præparata
diu desiderata, & concupiscenti animo preparata.*
Sanctus Petrus continuè lachrymabatur, & causam
rogantibus respondit: *Desiderio Domini, desiderio
videndi Dominum & Magistrum meum.* Sanctus Ioseph

nes sub finem suæ Apocalypsis instantissimè petit à *Apos. s. vlt.*
Christo, vt veniret ac interesset Morti suæ, ob magnum,
quæ ardebat, desiderium migrandi è corporis huius erga
gastulo: *Veni, Domine Iesu.* Sanctus Paulus Apосто- *Philip. x.*
lus dicebat: *Desiderium habeo dissolui, & esse cum Chri-*
sto. Et sic de aliis.

Quartum. Sanctus Basilius desiderabat mortem, vt *Hom. 12.*
exili terminum, & transitum ad Patriam. Undè Ty-
ranno, qui ei minabatur relegationem in exilium, re-
spondit: *Tota terra est mihi exilium, & unam agnosco*
Patriam Paradisi.

Quintum. S. Chrysolomus dicebat: Non timeo S. *Chrysol.*
eos, qui mihi minantur mortem: *quia qui me occidunt,*
ad vitam promouent: & moriendo non morior, quia vi-
tam habeo in meipso, nempe animam, quæ non moritur
cum corpore.

Sextum. S. Cyprianus respondebat Tyranno: Ego S. *Cypr.*
Deum meum adoro, ad quem tota mentis aviditate festi-
no, nec aliud mihi desiderium est, quàm vt mortis bene-
ficio videam Deum meum. Et licetori suo, tanquam suo
benefactori, iussit dari viginti scuta.

Sepimum. S. Ignatius Martyr tam ardente morien- *Ep. 12. ad*
ti pro Christo flagrabat desiderio, vt dilaniari à bestiis *Roman.*
suas occuparet delicias: *utinam fruatur bestiis, quæ mihi*
parata sunt! Vixit scribo vobis, desiderans mori pro Chri-
sto. Ignis, crux, bestia, & tota tormenta Diaboli in me ve-
niant: tantum vt Christo fruatur.

Octauum. S. Ignatius confessor valdè anhelabat ad *Maff in*
exitum de carcere corporis, non solum vt fruere- *vita S. Ign.*
tur beatâ Dei visione; verùm etiam visione humanitatis *Loiola.*
Christi. Et in meditatione mortis *pre lætitia à lachry-*
mis temperare non poterat. Demùm sub finem vitæ suæ
desiderio languens volandi ad Christum, petit à Domino,
vt educeret de custodia animam suam, quod & obti-
nuit.

Nonum. S. Columbano infirmo, & febri correpto *Marcus*
dictum fuerat, quod virtute precum, quas Abbas *Marcus*
eius ad Deum fundebat, ex hac vita migrare & mori
non posset. Rogauit propterea Abbatem, vt ab huius-
modi precibus desisteret, & suo desiderio moriendi an-
nueretur.

DESIDERIUM

ror: quod interuentu mortis suæ ad meliorem salu-
remque vitam translaturum iri pro certo separet. Et
ipsum consecutus est.

Idem.

Decimum. S. Praxedis postquam desiderio alie
vitæ omnia sua pauperibus erogasset, exorauit Deum
eam ex præsentis euscaret ad æternam & cœlestem
tam, & sicut petiit, ita factum est.

Vndecimum. S. Germanus Episcopus Parisien-
sis de morte sua cogitabat duntaxat, & ad eam
moperè anhelabat; verùm etiam Diuina imbutus
lacione diem & horam illius nquerat. Vnde lecto
in scripta habebat hæc verba: *Vigesimo Maii*, quæ
verborum significationem nullus vnquam scire potest
nisi interuentu mortis eius, quæ eodem successit die.

S. Bern. 10.

2. serm. 62.

§. 24.

Duodecimum. S. Bernardinus eodem ardebat
derio: præsertim verò, vt presens intueretur Dominum
& Matrem suam, sanctissimam Virginem. Præterea
cere solebat, quod *tria ad hoc desiderium inflantur*
consideratio inimicorum, periculorum, & gaudium
mortis namque beneficio non solum eripimur ab om-
nibus malis præsentibus; verùm etiam illius delictorum
magnam concipimus spem bonorum cœlestium in
æterna vita.

Memoria Iudicii particularis.

Caput VI,

Inter omnia obiecta terribilia & formidabilia, quæ
quàm intellectus creatus sibi imaginari & cõsiderare
possit, horribilissimum est illud Iudicium particu-
laris, quod in morte cuiuslibet hominis instituitur. Sicut
dum tunc actiones humanæ examini & iudicio Dei
subiiciuntur; comparet Diuina Justitia, & quasi latet
Diuina Misericordia: Cœlum, Terra, Angeli, Demones
currunt ad arma, & quasi contendunt de possessione
nostræ. Tunc totum tempus vitæ nostræ restringitur
in vnicum solum momentum, vnicum tantum superest
momentum.

stans, & hoc etiam evanescit vnicò momento : & tamē ab isto momento dependet totum esse æternæ nostræ felicitatis. O miseriam ! Quapropter Dominus Deus, nostram desiderans salutem, præcipit Apostolis, vt prædicarent omnibus gentibus, nec alia esset prædicationis materia, quàm de Iudicio, tam vniuersali, quàm particulari; *Præcepit nobis prædicare populo, quia ipse est Iudex viuorum & mortuorum.* Cùm S. Paulus Athenis quam vice prædicaret, Felix Præses audiens Apostoli sermonem totus à capite ad plantam pedis vsque tremete cepit: *Disputante Paulo de Iudicio futuro tremefactus est Felix.* Et sanè quis poterit non terri in consideratione duorum horum terminorum aded à se inuicem distitorum, inter se differentium, & quasi contrariorum: *Iudicium Diuinum, Actio humana?* Enimuerò Iudicium Diuinum idem est, q̄ summa rectitudo, summa iustitia, summa puritas: è contra v. Actio humana significat actionē ex se ipsa imperfectam, per essentiã defectibilem, & quæ semper ex natura sua inclinatur ad peius. Et tamen D. Augustinus loquens Domino, ait: *Hæc obliquitas mea debet tua rectitudini adequari:* vita mea male regulata tuæ conformari debet: actiones meæ malè compositæ, malè ordinatæ regularissimi ordinatissimique Iudicij tui obiectum esse debent. Hæc insipita distantia inter hominem & Deum, inter actiones nostras & Iudicium Dei est fundamentum alterius timoris. Et de hoc, veluti materia ad bonam mortem valdè vtili, modò tractabimus; tria considerantes puncta, à quibus terror & horror Iudicij planè dependet. Primum de Iudicij persona, quæ est Deus. Secundum de tempore Iudicij, quod est post mortem, quando nullus datur locus deinceps salutari penitentiæ. Tertium de sententia formidabili tormentorum æternorum fulminatrice.

(o) 300

Dicit

CONSILI
DERET
O V

Deus Index.

C A P. VII.

PLurima rationes ad probandum terrorem
 primi Judicii adduci possunt; sed hæc omnium
 est & præcipua, à qua, ut à prima origine, cætera
 dependent: & consistit in duabus hæc distinctionibus
Deus Index. Est terribilissimum Judicium, quod
 nobis fiet in fine vitæ: quia, qui nos iudicat, est Deus
 Deus infinitæ potentia, infinitæ sapientia, infinitæ
 iustitiae, infinitæ iustitiae, infinitæ misericordiae.
 Infinitæ potentia, ergo nullus ei resistere poterit.
 si infinitæ sapientia, cognoscit omnia nostra peccata
 grandia & levia, nec quicquam ei celare potest.
 infinitæ bonitatis, non potest non odisse peccatum
 si infinitæ iustitiae, non potest non castigare
 eadem peccata & crimina: & denique, si est infinitæ
 misericordiae, rationem à nobis exiget, quod tot tantis
 suis beneficiis, tam copioso gratiarum cumulo
 correspondemus, & quidem tanto peccatorum
 ro. Verum ad particularia descendamus, consideremus
 que, quid sit Judicium Divinum, & iudicari à Deo
 spondet Job, nihil aliud esse, quam disputare cum Deo
 Disputare cum Deo cupio. Si homo quidem plebeus
 idiota disputare deberet cum aliquo litterato & Theologo,
 anno primo proposito argumento remaneret
 fufus & conuictus; quando magister domo cum Deo
 putaturus, quando dicit Deus in extremo Judicium
 interrogabo te, responde mihi. Interrogabo te, non de peccatis
 manifestis duntaxat, verum etiam de occultis, quæ
 culpabiliter pro peccatis non reputasti, & tamen inter
 computare tenebaris. Quemadmodum manifestum
 patet exemplo istius Prophetæ, qui & bonum esse
 Deum velle iudicabat, faciendo id, quod sibi aius
 gerebat Propheta: & tamen, ut ipsamet declarat
 ptura, in actione illa male fecit, & peccavit. Et ratio

Job. 13.

Job. 38.

2. Reg. 13.

quia poterat & debebat in dubio isto casu consulere De- *Carthus.*
 um per orationem, ab eoq; lumen percire, quo cognouit- *hic.*
 set, num verus, an falsus fuisset Propheta, qui sibi lo-
 quebatur: ast, quia imprudenter & subito credidit illius
 verbis contrariis ei, quod Deus ipsi reuelauerat, pecca-
 uit. Quanta peccata modò occulta tempore Iudicii no-
 bis manifestabuntur? Quomodo anima tota quasi atto-
 nita & in extasi raptā, tūm hærebit, cūm sibi impurari
 videbit peccata, quæ inter peccata non computabat, cō-
 putare tamen debebat, & eadem vt talia cognoscere te-
 nebatur? Hæc erant peccata illa, quæ tantūm David ti-
 mebat, quando ab iis liberari petebat à Deo. *Ab occultis* *Psal. 18.*
meu munda me, Domine. Hæc igitur erat materia exami-
 nis Christi super nos, nostraq; peccata omnia, tam mani-
 festa, quam occulta instituendi. *Interrogabo te.* Quid re-
 spondebis? quam rationē, quam exultationem proferre
 poteris? Neq; hic fisset Diuinum Iudiciū, procederet vlti-
 rius, examinabitq; nō actiones peccaminosas duraxat; *Psal. 74.*
 sed etiam actus bonos: *Ego, inquit, iustitias iudicabo.* Exa-
 minabo quoque opera bona, quæ coram oculis Mundi
 comparent iusta & sancta; ast coram oculis Dei repleta
 patebunt imperfectonibus & defectibus. Si lumen, quo
 manus est, eò clariùs manifestat res minutas & exiguas
 (vadè lumen Solis, quia est in summo gradu, patefacit &
 in apertum producit ipsos etiam actus atomos) Quid nō
 efficiet lumē infinitæ Sapientiz Dei? Si anima, quò san-
 ctior, distinctiùs cognoscit peccata leuiā; quid non co-
 gnoscat Sanctitas Dei? *Quamobrem meritò S. Apo-*
stolus Paulus propriæ hæud confidebat cognitioni, di- *i Cor. 4.*
ens: Nihil mihi conscius sum, nullam in me cognosco cul-
pam; sed non in hoc iustificatus sum, nec propterea me
Gratiã præditum esse prætendo. Quod si rationem
eius postules, responderet: Qui autem iudicabit me, Do-
minus est, & Deus est, qui iudicaturus est: A quo, vt
expont D. Gregorius, si quis examinandus sum, qui *S. Greg. lib.*
oculis plusquam lynceis videbit secreta cordis, cunctos *5. moral. 4.*
etiam minutissimos ac subtilissimos conscientiz ato-
mos, omnes cuiuslibet actionis circumstantias &
qualitates. Neque duraxat opera nostra propria, & bo-
na & mala, examinabit summus Iudex, verum etiam
peccata aliena, non à nobis parata, sed no-
bis attri-

IOYSEI
 DE REI
 M. I
 O. V



bis attributa, quibus quodammodo cooperati fuerunt Deo: aut non impedendo, quando impedire poterant coram tenebamur, vel consulendo, vel audiendo, vel aliis modis. Et ab hisce quoque liberari petebat David, quando

Psal. 118. do dicebat: *Ab alienis parce seruo tuo, Quasi dimo stant* sufficiunt mihi peccata propria: non permittere, *liberum*, ne, ut ego peccatorum alienorum particeps sum. *ff. p.* necatur materiae Iudicii modus iudicandi cum ea laetitia & seueritate. Duo dantur Dei Tribunalia: alter peccati misericordiae, & est in praesenti vita; alterum iustitiae, & est in futuro Iudicio: & hoc adeo terribile & sompiterabile est, ut non nisi ab eo, qui illud expertus fuit, carmeditari & explicari possit. Unde defunctus quidam Dei suo apparendo & exclamando dixit: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quam stricte Deus iudicat, quam quisque*

Discip. ser.
9. in fin.

punit. Et de quodam alio Religioso legitur, quod in extremis constitutus incredibili laetitia & gaudio iudicatus fuerit, quia viderat ad se venientes, primo noscendos Sanctos, quos speciali deuotionis cultu venerat peccata fuerat: secundo magnam Angelorum cateruam, & benedixit ipsam Angelorum Reginam, Verum postquam per omnes visitationes subito laetitiam illam commutauit in summam tristitiam, & totus cepit expalescere, & tremore & sudare, ac circumstantibus dixit: *Ecce Iudex, Iudex, Iudex, Christus Iudex venit ad me iudicandum.* Quis in persona tam sanctae vitae, quae etiam caelesti ipsius Matris Dei visitatione digna erat, tantum conceptum morem ac tremorem ad conspectum & aduentum Christi Iudicis, quid faciet totus peccatis & Mundi affectibus immerfus, & qui non est in tam bono statu conscientiae? *Menti tuae semper obuersetur, ac cordi tuo continuo haereat verbum hoc: Ecce Iudex: & quid dicitur Iudex? Deus.* Et quomodo coram Deo, in cuius

Iob, 25.

specu nec stella munda sunt, comparere poterit? sicuti stellae tenebrae sunt respectu & aspectu Solis, ita iustitia nostra, comparatae cum summa sanctitate & iustitate Dei, quasi iniustitiae comparent. Non iustitiam

Psal, 18. *tur in conspectu tuo omnis viuens.* Ubi notat S. Hieronymus, Prophetam non dicere: *omnis homo, sed omnis viuens; quia nec homo, nec Angelus iustificabitur*

si fuerit Deo: & puritas Angelica non comparer; sed euanesceat
 tera coram puritate Dei: & Christus solus (vt ait Athana-
 o, velus) cum sanctitate suâ comparere potest coram Deo,
 quia nunquam incapax omnis peccati, propter vniouem by-
 gasti diuinitatis & visionem beatam: Nullus, praeter Chri-
 stum, iustificatur in conspectu Dei: qui incapax peccati
 est, propter vniouem & visionem. Et post Christum lo-
 cum tenet sanctissima Mater eius, vt potest, per Gratiam etiam im-
 munita: non peccabilis.

Vidimus periculum, in quo anima constituitur pro-
 & fons terrores) & timorem Dei iudicis: pergamus ad re-
 fuit, in medium. Unicum hoc est, recursus ad misericordiam
 dam Dei; at id faciendum in tempore opportuno, quod est tem-
 credi, eius vite, non mortis: recurrendum est igitur ad Deū,
 quāuisque deprecandus in hunc modum: *Non intres in iudi- Psal. 142.*
 tur, quoniam cum seruo tuo, Domine. Et vult dicere: Noli me
 audire iudicare, Domine, iuxta rigorem tuæ iustitiæ: sed super- *Iacob. 2.*
 mō miserabiliter misericordiam iudicium: noli me iudicare iuxta
 u peccatorum meorum merita; sed prout tuā exigit pietas
 uam: & benignitas. Noli iudicare in comparatione bonita-
 in pollicis & sanctitatis tuæ, huius namque respectu mea sancti-
 munitas est iniquitas: noli me iudicare iuxta mensuram infi-
 ere, beneficiorum tuorum beneficiorum; etiam hisce infinitā
 dede, in gratitudine me correspondisse agnosco. *Non intres*
 m. *Non iudicium cum seruo tuo.* Noli contra me agere Judi-
 ti ipse em rigorosum, sed misericordem: exerce iustitiam
 conce- tuam; at tuā misericordiam temperatam: peccata mea re-
 dicentem pice; at simul cum Sanguine tuo, cum Passione tuā, cum
 di affec- Morte tuā. Orabis cum Sancta Matre Ecclesia: *Pone*
 consisti- *Passionem, Crucem & Mortem tuam, inter iudicium tu-*
 tuo in- *am & animam meam.* Contentus sum Diuino tuo sub-
 & que- tacere iudicio; sed cum hac conditione, vt non imme-
 diate me iudices, sed inter iudicium tuum & animam
 ero? *meam interponatur tua Passio, Crux tua, Mors tua: in-*
 Solis in- *terponantur merita tuæ præcellæ Matris & meæ Regi-*
 tate & *næ Mariæ, & dulcedine pietatis suæ mittigetur rigor*
 in iustiti- *tuæ iustitiæ: siquidem, iuxta dictum illius Sancti, si*
 at S. Hic- *Deus secundum iustitiam suam veller castigare non*
 no, sed *modo omnia nostra peccata mortalia, quibus imposuit*
 abitur *pœnam eternam; verum etiam peccata venialia, veluti*
 Thom. posterior K sunt

IOYSLI
 DEKEI
 M. II
 O. V



3. *Abbas*
Agatho.

sunt distractiones cordis, & negligentiae, quas
timus sub Diuino officio, nullus saluaretur :
Deus, hæc sunt verba eius, imputaret distractiones
negligentias, quas in orationibus nostris & in officio
no incurrimus, salui esse non possemus. Quid
quandò Deus oculo seculo respiciet, non iam dico
distractiones & negligentias in operibus bonis committuntur
namque temporali saltem subiacebunt poenitentia
operà mala à nobis patrata cum suo numero
cumstantiis suis, quod toties conculcauerimus
etiam eius legem, spreuerimus sancta imperia
cepta, ac Diuinæ voluntati pluries rebelles
extiterimus? quis poterit effugere? quis poterit
se abscondere? quis poterit esse saluus? Non
iudicium cum seruo tuo, Domine; eximo me, Domine
iudicio tuo, appello ad tuam misericordiam: & non
iudicium tuum exercere velis, tuâ sit illud iudicium
tuum misericordiâ, dulcoratum pietate tuâ.
dam hoc caput piâ exhortatione Dionysii

S. Hier. in *Aperi oculos cordis tui ad intuendam hanc veritatem*
Ier. c. 2. cap. *formidandum tam immensum & æternale periculum*
25. de 4. *euadendam tantam damnationem; per conuersationem*
Novissim. *stam, timoratam, humilem, feruentem & perseverantem*
Psal 57. *Aperi oculos, & considera hanc veritatem: Effugere non poteris*
dicans, non permittens malos abire impunitos: Effugere non poteris
nos premio vacuos. Insuper aperi oculos mentis: Effugere non poteris
tantum formides, timeasque periculum, quale est coram eo præsentari
re sese Tribunali Dei, & coram eo præsentari in præparacione. Denique procura æternam damnationem
mediante vitâ sanctâ, timoratâ, humilem, feruentem & perseverantem in seruitio
Dei.



De tempore dicti Iudicii.

Cap. VIII.

Remendum quoq; ac formidabile redditur Diuinū
 Iudiciū ob tēporis circūstantiam. Enimuerō illius
 executio eo fiet tempore, quo anima de malo peccato
 potuerit nequit, nec pro auxilio ad Sanctos, nec ad ipsā
 etiam potentissimā Dei Matrem recurrere potest: eo
 denique tempore, quando nullo modo iurari potest.
 Quia, iuxta Sanctorum doctrinam, anima iudicabitur,
 non ante mortem, neq; etiam in vltimo instanti mortis,
 quoad viam adhuc pertinet: sed subito post mortem,
 eo, nimirum, tempore, quo nec amplius mereri aut de-
 mereri, sed debitum propriis meritis & demeritis præ-
 mium aut pœnam recipere potest. *Deus non iudicat ani-*
am in particulari Iudicio, nisi finaliter & immobiliter fi-
serit se in bono per conuersionem ad Deum, vel in malo per
conuersionem. Considera, quænam cor dis angustia, quæ op-
 pressio animi miserum tum inuadet peccatorem? quan-
 do humeris, vt dici solet, muro nixus hærebit, & gla-
 dium Dei vindicem, iam euerginatum & ad se interfi-
 cendum paratum conspiciet: & hinc & inde circum-
 quaque respiciendo cunctas fugæ & refugii portas oc-
 clusas, solas verò extremæ miseræ vltimæque damna-
 tionis ianuas apertas videbit. Anxietas agonizantis
 vt summa pœna & tormentum reputatur: vnde
 quidam defunctus hæc in verba prorupit: *Videbatur*
michi in agonia, quod totus Mundus esset lapis vnus, &
premeret pedibus meum. Sed quid hæc agonia cum agonia
 Iudicii: Quia hæc est agonia causata à natura; illa à
 Deo natura conditore: hæc est de malo præsentē ac fi-
 nem tandem obtentura; illa de malo futuro nunquam
 habitura hæc: hanc effugere possumus; illa est
 in statu sine remedio, sine fuga, sine spe. Verum altius
 in hanc materiam vela considerationis nostræ expan-
 damus, & contemplemur, quomodo anima egredietur

*S. Thom. in
 4. dist. 20.
 Et Gen. 4
 Carthus.
 dsalo. de
 Iudicio a-
 nima art. 3
 mihi pag.
 171.*

*Cesar. lib.
 12. c. 31.*

K 2 605

IOYSSII
 DERETI
 O V

ē corpore, ac vbi & quando iudicabitur. Quod fuerit in statu Gratia, subito ac lætanter egredi desiderabit, filiali dicens confidentia: *veniam, & apparebo ante faciem Dei?* sed si fuerit in statu peccati, resistet, vt ita dicam, quæterit, ne egrediatur: & si in sua libertate posita parata à corpore subito se potius daret præcipite feruam, quam post mortem tremendo se suspicio, visura Iudicis offensi faciem, & expectabilem sonum sententiæ. Nihilominus si exierit, ad egressum cogetur, propria etiam voluntate, vi præcepti Diuini, quinimò ad nunquam etiam concurrunt Dæmones, vt potest ministri iustitiæ: veluti ex Diuina ordinatione cogitasse legimus.

*Carthus.
dial. de
par. ult.
Iudic. c. 4.
S. Bona. in
4. dist. 20.*

Locus Iudicii non erit in Cælo, neque in neque in Purgatorio; sed in aëre, eoque pro ueri mortuo, vbi *Inuisibilis anima inuisibiliter* liter presentabitur Iudici, qui ubique præsens est. Tempus, subito animam egressam à corpore, pus felicissimum & gratissimum ei, qui momentis in Gratia Dei constitutus fuerit: quia erit temporis remuneracionis, mercedis, sine timore offensi, sine timore peccatorum, Dæmonum, unde quaque conspiciet creaturas sibi applaudentes, gelos collatantes, triumphum porantes & victor decantantes, ac Dæmones deuictos & confusos: & quod complementum erit gaudii & laudis debet assistentem sibi Beatissimam Virginem, omnino illius animam ad felicem ac terq; beatam inuitabit patriam. Verum quis à contempnere, aut cogitare poterit quantum illud breue pus, momentum illud, illud instans terroris & confuset in iustis & reprobis, & ei, qui in odio Dei constitutus fuerit? Quomodo non miscet cælum, trepidabit terra, creaturæ omnes ent ad eiusmodi spectaculum? Videre vnā regnandum in cælo & in terra creatam, a vno lum temporis instans redactam, omni ope & Diuinâ, & naturali & supernaturali celsitudine

que Dæmonibus circumdatam, nullis aliis vesti-
 mentis nisi propriis culpis & peccatis indutam, præsen-
 tam coram Iudice rectissimo, & implacabili, præsto-
 tem sabitanæam & irrevocabilem æternæ damna-
 nis sententiæ. Hæc inæfigmenta sunt, an verita-
 tem? Veritates si dei sunt certissimæ & insalubiles. Quo-
 modo igitur durat regnum peccati in Mundo? Quo-
 modo igitur in eodem reperiuntur homines, qui præ-
 stantibus rebus toti immersi, futurarum obliuiscuntur?
 Quomodo homo cæci instar & stupidi incedit, à sensu
 deceptus, passionibus subiectus, sub insupportabili
 peccati iugo servus & mancipium ferocis adeo Tyran-
 videlicet, Dæmonis manere debet?

Sed revertamur ad animam peccatoris, quæ iam è
 corpore egressa Divinum subintrat Judicium. Apud
 quos motu receptum erat, uti refert Josephus, ut *Joseph. lib.*
 in iudicium vocati comparerent nigro induti habitu, *14. c. 17. de*
 iugam mortis sententiæ, quam ibidem expecta- *antiquit.*
 nt. Ad eundem modum anima iam Deo inimica co-
 ram Iudice comparabit nigro vestimento propriorum
 peccatorum induta. Quomodo non confundetur, ac
 abelset tum anima, vestitam se conspiciens veste adeo
 rididâ, adeo abominandâ, quæ generet nauseam & ter-
 rem omnibus eandem spectantibus? O quàm vehe-
 menter tum anhelaret tam misero se spoliari pallio!
 tum dicit propriis peccatis: *Recedite à me, date mihi*
sem unus horæ spatium. Tun opera sua quasi humi-
voce loquentia dicent, & respondebunt: Tu nos egisti,
opera sumus & partus tuorum viscerum, cur igni-
us à te repellere cupis? Non te deseremus, semper tecum
sumus. Tecum pergemus ad iudicem. Ultimo huic
 profero dat manus anima, non amplius os aperit, tacet,
 profundo totalis cuiusdam desperationis silentio to-
 tum se immergit. O peccata quondam ita delectabilia,
 quomodo nunc adeo exosa & amara vos demonstratis?
 ecce oblectatio præterit, & sola remanet culpa: appa-
 ris illud bonum evanuit, & solum verum malum com-
 petet. O peccatum, quod unico solo memento gene-
 rat, at durat per totam æternitatem! Libera fuit
 anima in sum parturando, at libera non ipsum occiden-
 do: mo-

MOYSII
 DEREI
 O V

Joseph. lib. 14. c. 17. de antiquit.
S. Aug. ser. 13. de Ad. ven. ad iudicium.



do: momentaneam oblectationem æternis performentis. Eo tempore, quo silet anima, audiatur

Reuelat. 5. loquatur Iudex Deus: *Conscientia tua est iudex*

Brig. lib. 4. *dic ergò conscientia tua, quale iudicium mereris.*

6.134. *um meum est supplicium æternum, absque omni*

dia. Sententia hæc ab anima lata, & à Iudice

confirmatur deindè in consistorio sanctissimæ

Reuelat. 5. Et auditur vox Patris: *Va tibi. nunquam natu*

Brig. lib. 1. Deindè vox Filii: *Fili, pro te effudi sanguinem*

6.28. *quo tu omninò alienatus es, & quem nihili duxisti,*

insuper persecutus fuisti. Denique auditur vo

tus sancti: *Durissimum, quasi lapis, est cor tuum*

aliquid mihi cõ eo. Et pro sententia vltimo comp

tres Diuinæ Personæ vnâ quasi voce loquentes

Nullatenùs debesur tibi Regnù Dei. Pronunciamus

claramus te, vt filium rebellem, extorem Regn

rum, æternæque damnationis & mortis reum.

vozem omnes Sancti cœli incolæ exclamant:

Diuina Iustitia, vt perpetuò exul sit à Regno

in æternum & ultra, ab illo Regno, quod per

merita suum erat. Animæ in Purgatorio eide

ro subscribent, dicentes: *Nulla pœna est tam an*

biscum, qua sufficiat ad puniendum peccata tua:

tormenta teneris portare, idè à nobis sequestrare

Superest, vt Mater misericordiæ suam quoc

nunciet sententiam; *Sed Mater misericordia sua*

aperuit misericordiam suam, quia iudicandus es

dignus. Neque silentio prætereundum est hoc

genis silentium. *Si Mater misericordia siluit, qui*

tur? quis orabit? quis intercedet? Hic est vltim

manæ miseriæ terminus, & manifestum signum

desperationis. Tacente misericordiæ Mariæ Vir

loquitur Dei Iustitia: Mariâ Virgine non orant

intercedente, veniæ & remissioni præcluditur om

& ianua, nullus est qui auscultat ad exhibend

tiam, sed ad iudicandum duntaxat, & condemn

Misera anima, quid hoc formidabilis aud

geris? *Silet pro te Maria: & vult dicere, non pat*

etur tibi Maria, auxilio Mariæ destituta es: ergo

bono & Gratiâ destituta & orbata es, & repleta

as miseris & malis possibilibus. Ad tam lugubre & inestom silentium Virginis Mariæ anima infelix clausit vocem horrendam dicens: *Maledicta hora, in qua formatum sum: maledicta, in qua nata sum: maledictus qui dedit corpus & animam.* Ad has voces resonans Inferus respondit per consonantiam: *Veni ad nos, maledicta anima, ad perpetuam mortem: veni in profundum abyssi.* Hæc vique reuelationes S. Brigittæ. Quod hucusque recensui, fuit iudicium vnius peccatoris, qui subito horribus est, & à Christo Domino ipsi Sanctæ manifestatus, qui, cum reuelationem concluderet, hæc subiungit verba: *Audisti casum & miseriam eius, fuge Mundum, loc. sup. cit.* *concupiscentiam eius, q. d. percepisti miseriam istius animæ condemnationem: alterius damno sapiens esto: stitiasque perditio & ruina sic in cautelam salutis tuæ, & fuge Mundum omnemque affectum mundanum.* Eodem hoc documento finem imponam huic capitulo. Considerasti, quàm terribile sit hoc vltimum momentum, quo peccator post mortem suam iudicandus est. In remediam: *Fuge Mundum, si non præsentia corporali, saltem animo & affectu: & concupiscentiam eius: desiderium tuum non in terram inclinandum, sed ad cælum subleuandum est: vsus solùm sit in creaturis, & affectus in Deo.*



K 4

PERE-

IOYSSII
DEREII
OV